



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Emmanuel Barretus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

firmiffimè tenere quod do-
ceret Ecclesia. Inter con-
scendendum scalas ad furcã,
orabat attentè, Deiparę Vir-
ginis, & Sanctorum opem
implorans, & spem suam in
Christi sanguine fitam esse,
dicens Anglicè ac Latinè.
Suspenso illo, coortus est
clamor, pœnas infontis san-
guinis non à populo, sed ab
ijs qui eius rei sunt, repe-
tendas esse clamantium. Fu-
ne resecto, corpus loculo in-
clusum, in reorum loco est
conditum.

P. Emmanuel Barretus.

Quintodecimo ætatis an-
no in India Societatem
iniit, spiritualis postea in ea
Coadiutor. Iaponiæ vtilem
dicendo industriam nauans,
idoneum planè ingenium,
atrulit ad operas animarum
Chri-

*Lusitanus:
Quanti in:
Iap.
11. Mart.
1620.
ætat. 56.
Soc. 41.*

Fides.

Christo ac Ecclesie in gremium adductarum per plura regna vastae Iaponie. A Cubotama in exilium relegatus, alio schemate quam exierat, dissimulantiâ insigni redijt; & Christianos variè fouens, atque confirmans, in summa rerum ad vitam degendam necessariarum penuria, inter confertissimos labores ærumnosæ vitæ finem imposuit.

P. Gonsalvus Sylueria.

*Lusitan^o.
Monomota.*

*15. Mart.
1561.
ætat. 35.*

Morsif.

Illustrissimis ortus natalibus, tertio antequàm natus est die, vagire in utero auditus est à matre. Vino semper abstinuit. In tirocinio vt se deformem redderet, supercilia rasit. Sæpè ferreo cinctus cilicio, humi, saxo pro cervicali vsus, decubuit. Cibarij panis frusto
con-